UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Polyantheæ Novæ Liber XV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

POLYANTHEÆ NOVÆ LIBER XV.

Quæſtio.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

QVæſtio, Græce ζήτημα, ατος, τὸ & ζητημάτιον, ου, τὸ, quæſtiuncula dicitur. Quod quadrupliciter, ſcilicet, An eſt, Quia eſt, Quid eſt, & Propter quid eſt. Et duæ primæ reducuntur in eandem, & aliæ duæ in vnam aliam. *Ex B. Thom. ſuper 7. Met. lect. ſi. o. & Poſteriorum lib. 2. lect. 1. o*, Dicitur autem quæſtio à quæro, quod nihil aliud eſt, quam quæ ſit res aliqua inueſtigare.

A quæro dicuntur quæſtores, qui præpoſiti ſunt pecuniæ publicæ quærendæ, hi è vectigalia exigunt, & ærarii curam habent. Hi aliquando rebus capitalibus præerant, & hi quæſtores parricidii dicebantur, quorum lex 12. tabularum mentionem facit. Virg. *Quæſitor Minos vrnam mouet*. Item à quæſtus fit diminutiuum quæſticulus, quod ſignificat lucellum, hoc eſt, paruum lucrum.

Quæſtio, Hebræis *Keker*, Scrutatio, Scrutinium, inquiſitio ad fundum vſque, à verbo *Kakar*, Perſcrutatus eſt ad imum vſque, quæſiuit diligenter, perquiſiuit vſque ad fundum, perueſtigauit funditus. Scrutatus eſt negotii fontes, perſcrutatus eſt indeſinenter. Sæpe dicitur de cordis inueſtigatione. Cognationem habet cum verbo Kor: effodit, perfodit venam fontis, Quærendo enim & accurate inueſtigando, reperitur veritas rerum. Hinc Gr. κὴρ, κέαρ, cor.

¶ LOCI BIBLICI.

Quæſtiones variæ, & earum ſolutiones: Quæſtio de vera Dei adoratione, *Ioan*. 4.20.21.23. de cuiuſdam cæcitatis cauſa, 9.2.3. de modo quo ſit Chriſtus conceptus à Maria, *Luc*. 1.34.31. An Ieſus ſit Chriſtus, 22.67.69.70. *Ioan*. 10.24.25.26.27. An ſit Filius Dei, *Matt*. 22.42.43.44.45. *Marc*. 12.45. *Luc*. 20.42.43.44. de Chriſti diſceſſu, *Ioan* 13.36. de carnis Chriſti manducatione, *Ioan*. 6.52.61.62.63. de vulgi opinione de Chriſto, *Matth*. 16.13.14.15.16.17. *Marc*. 8.27. *Luc*. 9.18. de Chriſti poteſtate, *Matth*. 21.23. *Marc*. 11.28.29.30.33. *Luc*. 20.1. 3.4.7.8. de Elia venturo, *Marc*. 9.11.12.13. de gentibus, *Act*. 11.3.4.17. de ieiunio, *Matth*. 9.14.15. *Marc*. 2.18.19. *Luc*. 5.33.34. de Ioannis baptiſmate, *Matth*. 21.25.27. *Marc*. 11.30.32. *Luc*. 20.4. de Ioannis perſona, *Ioan*. 1.19.20.2.22. de libertate, 8.33.34.36, de præcipuo Legis mandato, *Matth*. 22. *v*. 36.37.38. *Marc*. 12.28.29.30. de numero ſaluandorum, *Luc*. 13.23.24. de operibus Dei, *Ioan*. 6. *v*. 28.29. de poteſtate Apoſtolis collata. *Act*. 4.7.8.10. de præmio diſcipulorum Chriſti, *Matth*. 19.27. *Marc*. 10.28.29.30. de Iudæorum purificatione, *Ioan*. 3.25.26.27. de hominis regeneratione, *Ioan*. 3 4.5.6. de reſtituendo Iſraelis regno, *Act*. 1.6.7. de primatu Apoſtolorum, *Matth*. 18 1. *&c*. de futuro reſurrectionis ſtatu, 22.28.29.30. *Marc*. 12.23. *Luc*. 20 33. quomodo reſurgant mortui, 1. *Cor*. 15.35.36. num ſabbatis benefacere liceat, *Luc*. 6.9.10, *&* 14. *v*. 3.4.5. de templi deſtructione, *Mat*. 24. *v*. 2.3.4. *Marc*. 13.4.5. de tributo petendo & ſoluendo, *Matth*. 22. 17.18.20.21. *Luc*. 2.22. de inſtituenda vitæ ratione, *Luc*. 3 10.11, de vita æterna poſſidenda, *Matth*. 10.16.17. *Marc*. 10.17.18.19, 20.21. *Luc*. 20.25.26.27.28, de vxore relinquenda, *Matth*. 19.3. *Marc*. 10.2.3.4.5. 10.11.12.

Quæſtiones contentioſæ, vanæ, ac inutiles vitandæ, *Rom*. 14.1.2. *Cor*. 15.3.2. *Phil*. 2.14.1. *Tim*. 1.4. *&* 6.4.2. *Tim*. 2.14.23. *Tit*. 3.9. *Vide & Gen*. 3.1.6. *Prou*. 25.27. *Eccl*. 7.11. *Eccl*. 3 2. *Matth*. 24.3. *Ioan*. 6.52. *&* 21. 21. *Act*. 1.6. Quæſtionarii deſcripti, 1. *Tim*. 6.4.5.

¶ PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

Quid bonum eſt, nodos operoſe ſoluere, quos ipſe vt ſolueres feceris? Sed quemadmodum quædam in oblectamentum ac iocum ſic alligantur, vt eorum ſolutio ſit imperio difficilis, quæ ille qui implicuit ſine vllo negotio ſeparat, quia commiſſuras eorum & moras nouit; & nihilominus illa habent aliquam voluptatem: tentant enim acumen animorum & intentionem excitant: ita hæc quæ videntur callida & inſidioſa, ſecuritatem, torporem ac ſegnitiem ingeniis auferunt, quibus modo campus in quo vagentur ſternendus eſt, modo ſcabri aliquid & confragoſi obiiciendum, per quod crepant, & ſolicite veſtigium faciant. *Senec. de benef. lib. [illegible] cap. 12.*

Hoc me quærere, vtrum maior ætate fuerit Homerus an Heſiodus, non magis ad rem pertinet, quam ſcire, an minor Hecuba fuerit, quam Helena: & quare tam male tulerit ætatem? Quid, inquam, annos Patrocli & Achillis inquirere ad rem exiſtimas pertinere? Quæris Vlyſſes vbi errauerit, potius quam efficias ne nos ſemper erremus? Non vacat audire vtrum inter Italiam & Siciliam iactatus ſit, an extra notum nobis orbem: neq; enim potuit in tam anguſto error eſſe tam longus. Tempeſtates animi nos quotidie iactant, & nequitia in omnia. Vlyſſis mala impellunt: non deeſt forma quæ ſollicitet oculos, non hoſtis: hinc monſtra effera & humano cruore gaudentia: hinc inſidioſa blandimenta aurium: hinc naufragia & tot varietates malorum. Hoc me doce quomodo patriam amem, quomodo vxorem, quomodo patrem, quomodo ad hæc tam honeſta, vel naufragus nauigem. Quid inquiris, an Penelope impudica fuerit, an verba ſeculo ſuo dederit, an Vlyſſem illum eſſe quem videbat, antequam ſciret, ſuſpicata ſit? Doce me quid ſit pudicitia, & quantum in ea bonum; in corpore, an in animo poſita ſit. *Senec. epiſt.* 88.

Ad muſicum tranſeo. Doces me, quomodo inter ſe acutæ ac graues voces conſonent, quomodo neruorum diſparem reddentium ſonum fiat concordia. Fac potius, quomodo animus ſecum meus conſonet, nec conſilia mea diſcrepent. Monſtras mihi qui ſint modi flebiles: monſtra potius, quomodo inter aduerſa non emittam flebilem vocem. Metiri me Geometres docet latifundia: potius doceat, quomodo metiar quantum homini ſatis ſit. Numerare docet me Arithmetica, & auaritiæ commodare digitos, potius doceat, nihil ad rem pertinere iſtas computationes, non eſſe feliciorem, cuius patrimonium tabularios laſſat, imo quam ſuperuacua poſſideat, qui infeliciſſimus futurus eſt, ſi quantum habeat, per ſe computare cogatur. Quid mihi prodeſt, ſcire agellum in partes diuidere ſi neſcio cum fratre diuidere? Quid prodeſt colligere ſubtiliter pedes iugeri, & comprehendere etiam ſi quid decempedam effugit, ſi triſtem me facit vicinus potens & aliquid ex meo abradens. Doces me, quomodo nihil perdam ex finibus meis: at ego diſcere volo, quomodo totos hilaris amittam. *ibid.*

Paterno agro, inquis, & auito expellor, quid? Ante eum auum quis iſtum agrum tenuit? Cuius, non dico hominis, ſed populi fuerit, expedire potes? Non dominus iſto, ſed colonus intraſti. Cuius colonus es? ſi bene tecum agitur, hæredis. Negant Iuriſconſulti quicquam vſucapi, quod publicum eſt. Publicum eſt hoc quod tenes, & quidem generis humani. O egregiam artem: ſcis rotunda metiri, in quadratum redigis quamcunque acceperis formam: interualla ſiderum dicis: nihil eſt quod in menſuram tuam non cadat. Si artifex es, metire hominis animum. Dic quam magnus ſit: Dic quam puſillus ſit. Scis quæ recta ſit linea: quid tibi prodeſt, ſi quid in vita rectum ſit ignoras? *ibid.*

Venio nunc ad illum qui celeſtium notitia gloriatur,

Frigida Saturni quo ſeſe ſtella receptet,
Quos ignis cæli Cyllenius erret in orbes.

Hoc ſcire quid proderit? vt ſollicitus ſim, cum Saturnus & Mars ex contrario ſtabunt, aut cum Mercurius veſpertinum faciet occaſum vidente Saturno. Potius hoc diſcam, vbicumque ſunt iſta, propria eſſe, non poſſe mutari. Agit illa continuus ordo fatorum, & ineuitabilis curſus. Per ſtatas vices remeant. Effectus rerum omnium aut mouent, aut notant. Sed ſiue quicquid euenit faciunt, quid immutabilis rei notitia proficiet? ſiue ſignificant, quid refert prouidere, quod effugere non poſſis? Scias iſta, neſcias, fient.

Si vero

Si vere ſolem ad rapidum ſtellasq; ſequentes
Ordine reſpicias, nunquam te craſtina fallet
Hora, nec inſidiis noctis capiere ſerenæ.

…andeq; prouiſum eſt, vt ab inſidiis tutus eſſem. Nunquid …na non fallit hora? fallit enim quod neſcienti euenit. Ego …urum ſit, neſcio: quid fieri poſſit, ſcio. Ex hoc nihil deſpe… …num expecto. Si quid remittitur, boni conſulo. Fallit me … parcit: ſed nec ſic quidem fallit. Nam quemadmodum ſcio … accidere poſſe, ſic ſcio & non vtique caſura. Vtique ſecunda …malis paratus ſum. *idem. ibid.*

… non curioſis intricare quæſtionibus, ſed …dentiæ eſt, ruſticos non curioſis intricare quæſtionibus, ſed …re ſimpliciter beati fiant. Nam quantæ vecordiæ eſt eos cō… … & excitare, vt de controuerſis articulis circa religionem & … cenſuram ferre velint? Quid autem edicis, vt ille in his rebus …ationem couſeruet, qui præter ligonem, ſtiuam & inertem … nihil nouit? *G. Pachimer. hiſt. lib. 5.*

¶ SIMILITVDINES.

…tarch. Vt qui claue velit ſecare ligna, ſecuri aperire oſtium, … vſu ſeſe priuat: Sic qui dicentem alienis ac friuolis quæ… …is perturbant, non ſolum nullum capiunt fructum ex his …ſcuntur, verum etiam mali viri opinionem atque odium lu… …unt. *in Moral.*

…pud Homerum Vlyſſes ridetur à procis, quod panis fruſtula … non enſes, neque lebetes: Ita magis ridendi ſunt, qui diſ… … quæſtiunculas obiiciunt. *in Moral.*

… ludicris delectantur, & pertranſeuntes ridiculis ſaltatio… …tinent: ita Sophiſtæ leuibus quæſtionibus tum veritati tum …is paſſim illudunt. *Anonym.*

¶ HIEROGLYPHICVM.

…is obuios allatrans eſt impuri ſycophantæ imprudentiſque …narii & clamoſi rabulæ hieroglyphicon.

…de Diſputatio.

Quærere Deum.

¶ LOCI BIBLICI.

… ſeſt quærendus, *Deut.* 4.29. vide Deus.
…ærit Deus, 1. *Sam.* 13. 14. *Iob.* 7. 21. & 10.6. & 13.14. *Pſalm.* …9.176. *Eſai.* 62.12. & 65.5. *Ierem.* 50.20. *Ezech.* 22.30. *Zach.* 12.9 … *Ioan.* 8.50.
…rit Eccleſia Chriſtum ſponſum, *Cantic.* 3.1.2. & 5. *verſicul.*

…rit homo Deum, 1. *Chr.* 16.10.11. *Pſalm.* 9.11. & 24.6. & 96. …70.5. *Eſaiæ* 75.1. *Lament.* 3.25. *Dan.* 2.18. *Oſe.* 3.5. & 5.6.14. *Ma-* … *Rom.* 10.20.
…rit homo hominem, aliam rem creatam, vel arte factum, …am, &c. *Gen.* 37.15.16. *Exod.* 4.19.1. *Sam.* 9.3.1. *Reg.* 1.2. *Eſth.* 2.2 … 37.10.32.36. *Prou.* 2.4.
…rit homo ſalutaria ſibi & meliorem vitam ſpectantia, *Matt.* … 7.7.8. *Coloſſ.* 3.1.
…rit Chriſtus, *Luc.* 13. 6. 7. & 19. 20. *Ioan.* 5.30. Quærit Deus … *Ioan.* 4.23.
…rit Diabolus, *Matth.* 12.43.11.24.1. *Petr.* 5.8.
…runt animantia ſibi eſcam à Deo, *Pſalm.* 104.21.

¶ PATRVM SENTENTIAE.

…rit faciem eius ſemper. Si ſemper quæritur, quando inue… … An ſemper dixit, nempe in tota vita, quia hic viuitur? ex … debere nos facere cognouimus, quando & inuentus quæ… … Iam Deum invenit fides: ſed adhuc eum quærit ſpes: … autem & inuenit eum per fidem, & eum quærit habere per … vbi tunc ſit inuenitur, vt altra non quæratur, forte quum … ad faciem eum videbimus, ſicut eſt, adhuc perquirendus erit, … fine quærendus: quia ſine fine amandus. *Auguſtin. in …* 105.

…ramus inueniendum, quæramus inuentum, vt inuenien… …ratur, occultus eſt: vt inuentus quæratur, amandus eſt. … *in Ioan.*

…omo ita creatus eſt, vt per id quod in eo præcellit attingit il… … quod cuncta præcellit, id eſt vnum verum optimum, ſine quo … natura ſubſiſtit, nulla doctrina inſtruit, nullus vſus expedit: … quæratur vbi nobis ſecura ſunt omnia: ipſe cernatur, vbi om… … nobis certa ſunt: ipſe diligatur, vbi nobis recta ſunt omnia. *… de ciuit. Dei.*

… cælis miſit ad nos epiſtolas pater noſter, miniſtrauit nobis …pturas Deus, quibus epiſtolis fieret in nobis redeundi deſideri… … quia peregrinationem noſtram diligendo, ad hoſtes faciem …ramus, & deorſum ad patriam. *idem, in Pſalm* 64.

Quærite Dominum dum inueniri poteſt. Modo non videtur …minus, & prope eſt. In iudicio videbitur, & prope non erit: nec dum in iudicio apparuit, & ſi quærant, inuenitur. Nam miro modo quum in iudicio apparuerit, & videri poteſt & inueniri non poteſt. *Greg. lib. 27. Moral.*

Nemo te, Domine, quærere valet, niſi qui prius inuenerit. Vis ergo inueniri, vt quæratis, quæri vt inueniaris: potes quæri & inueniri, non tamen præueniri. *Bernard. de diligendo Deo.*

Si nolumus fruſtra quærere Dominum, quæramus veraciter, quæramus frequenter, quæramus perſeueranter; vt nec quæramus pro illo aliud, nec cum illo aliud, ſed nec ab illo ad aliud conuertamur. Facilius enim eſt cælum & terram tranſire, quam vt ſic quærens non inueniat, ſic petens non accipiat, & ſic petenti non aperiatur. *idem ſerm. 24.*

Si non vendideris omnia, nec emes: & ſi animam non habueris ſolicitam & quærentem, non inuenies. Duo enim oportet adeſſe: & à vitæ huius negotiis abeſſe, & vigilantem eſſe. *Chryſoſt. ſup. Matth.* 13.

¶ PHILOSOPHORVM DICTA.

Prope eſt à te Deus: tecum eſt: intus eſt. Ita dico, Lucili, ſacer intra nos ſpiritus ſedet, malorum bonorumque obſeruator & cuſtos: hic prout à nobis tractatus eſt, tractat ipſe nos. Bonus vir ſine Deo nemo eſt. In vnoquoque virorum habitat Deus. *Senec. epiſt.* 41.

Quæſtus.

¶ DEFINITIONES ET ETYMOLOG.

QVæſtus, Gr. ἐργασία, ας, ἡ, & ζητέω, quæro dicitur. Dicitur autem quæſtus, omne quod ex opere cuiuſcunque deſcendit. *lib. Quæſtus. ff. pro ſocio.* Eſt & quæſtus ſine diphthongo de quo infra in Quærela.

Quæſtus, lucrum nummarium, πόρος, πορισμός, κέρδος, Hebr. *Betſah*, & in malam partem ſumitur, ſignificat enim corraſionem, quæſtum captatum, auaritiam, quæ per fas & nefas opes corradit, à verbo *Batſah*, corraſit, abraſit: auaritiæ ſtuduit pecunias corradendo. Cognationem habet cum verbo *Patſah*, vulnerauit, & cum *hatſab*, afflixit: quia vt plurimum pecuniæ non congeruntur, ſine vulnere & afflictione pauperum. Vide *Prou.* 15.27. *Ezech.* 22. 12. 27. *Iob.* 1.7.8. *Ierem.* 22.17.

¶ BIBLICI LOCI.

Qnæſtionarii quæſtum ex Dei doctrina facientes, 1. *Tim.* 6.5.
Quæſtus magnus eſt pietas, 1. *Tim.* 6.6.

¶ SIMILITVDINES.

D. Cypri. Ecce in nomie ſuo nihil quæſtuarii peragunt exorciſtæ, nec ſe eis deferre ipſi dæmones profitentur, ſe nomen Chriſti etiam per lucrorum ſectatores ſuæ gloriæ retinent poteſtatem: & fiunt in talibus cauſis miniſtri mercenariis, ſicut naues onerariæ, quæ per pelagus euehunt inſtitores: quarum rectorem, potius eorum quos ducunt, pecuniis inhiant, quam ſaluti. Et tamen mare huius ſeculi, neceſſarios habet huiuſmodi tranſuectores: alioqui ceſſabunt mercia, nec ex tranſmarinorum copia, aliorum inopia habebit ſubſidium, nec occurrent ſibi ſolatia regionum, ſi vehicula tollantur, imo & pelagus immeabile relinquatur, Bonis quippe ſæpe malorum miniſteria ſuffragantur. *Serm. de Baptiſt.*

Plinij. Polypus ſtupidum alioquin animal, in captandis conchis incredibili vtitur ſolertia: Ita quidam ad ſolum quæſtum ſuum ſapiunt, alibi pecudes meræ. *Lib. 9. c. 29.*

¶ SENTENTIAE HISTORICAE.

Maximum quæſtum Pomponius Atticus exiſtimabat, memorem pratumq; cognoſci. *Corn. Nepos.*

Veteres oratores famam in poſteros præmia eloquentia cogitauerunt pulcherrima: alioquin & bonarum artium principem ſordidis miniſteriis fœdari, nec fidem integram manere, vbi magnitudo quæſtuum ſpectetur, quod ſi nullius mercedem negotia tueantur, pauciora fore: nunc inimicitias, accuſationes, odia & iniurias foueri, vt quomodo vis morborum pretia medentibus, ſic fori tabes pecuniam aduocatus ferat. *Tacit. Annal. lib.* 11.

Seruantur hoſtes, non delentur, bella non conficiuntur, ſed fouentur; Dum priuatis quæſtibus duces ſtudent, & ſanguine militum abutuntur, *P. Iouius, hiſt. lib.* 12.

Vide, Lucrum, Mercatura.. Item Auaritia.

Querela, Querimonia.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

QVerela, Græce μομφή, ῆς, vel θρῆνος, ου, ὁ, & θρηνέω, queror dicitur. Eſt autem queror verbum deponens, idem quod la-

mentor, diciturque à quæ & res; nam lamentando quæ res ſit, quæ nos agitet, explicare ſolemus. Verum ſine diphtongo ſcribitur, & corripit primam, vt differat à quæror, quod eſt paſſiuum huius verbi quæro. Hinc querimonia pariter, quod idem, eſt quod lamentatio, & quæſtus pro lamentatione. Ouid. *Et quoties aliquos parat edere quæſtus, Sibilat, hanc illi vocem natura reliquit.*

¶ SIMILITVDO.

Plutarchi. Quidam Homeri verſus acephalos, id eſt, capite diminutos, & μειούρους, id eſt, cauda diminutos excerpunt, tam multa integra pulcherrimaq; prætermittentes: Idem faciunt, qui de paucis vitæ malis queruntur, diſſimulatis tot commoditatibus *in Mortalibus.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Querimoniæ *exempla*: Elias 1. *Reg.* 19.14. *Rom.* 11.3. Ieremias ob deſtructam Inruſalem, *Thren.* 1. *v.* 1. Quærimoniæ iuſtæ *exſmpla.* Moyſes, *Exod.* 5.22. Ioſuah, *Ioſ.* 7.7. Gedeon, *Iudic.* 6.13. Populus, *Nehem.* 5.1. Chriſtus, *Matth.* 27.46. *Marc.* 15.34.

Vide, Luctus, Dolor. Afflictio, Tribulatio.

Quies.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

QVies, Græce παῦλα, ης, ἡ, & παύομαι, quieſco dicitur. Eſt autem quies, id quod eſt in re, de cuius aptitudine eſt, vt moneatur, non tamen eſt mota. *ſecund. Albert. Magn. in Philoſophia ſua ſuper libros Phyſicorum.*

Quies eſt priuatio motus in illo de cuius aptitudine eſt vt moueatur, non tamen eſt motus. *ſecund. Auicennam.*

Quies, quod proprie ſomnum ſignificat, dicta quaſi qui tibi es, & nullo alio negotio diſtineris. Tunc enim cæteris negotiis non vacamus, cum dormimus. Propter quod etiam pro tranquillitate accipitur quies, à quo fit requies eiuſdem ſignificationis; & quietus, tranquillus, & quietudo, quieſco & requieſco.

Requies, Græce ἀνάπαυσις, ιος, ἡ, ſiue ἀνάπαυλα, ης, ἡ, & ἀναπαύομαι, quieſco dicitur. Eſt autem requies laboris intermiſſio, quæ omnino in hominum vita neceſſaria eſt, *vt teſtatur Ariſtot. lib. Ethic.* 4. *c.* 8.

¶ LOCI BIBLICI.

Quies continget populo Dei, *Hebr.* 4.9. Quietem & pacem terram conſequentur iuſti, *Sapien.* 3.3. & 4.1. *Eſa.* 57.2. *Luc.* 16.22. *Apoc.* 14.13. Quietem inuenire animæ ſuæ, *Ierem.* 6.16. *Matth.* 11.29.

Quieſcendum à peccatis. *Rom.* 6.6. & *c. Gal.* 2.18.

Quieti ſimus. 1. *Theſſ.* 4.11.

Requies vera in Chriſto quærenda, *Matth.* 11.29. requies piis apparata, 2. *Theſſal.* 1.7. *Hebr.* 4.3. requies nulla inobedientibus, *Deut.* 28.65.

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Ouid, Epiſt. 4.

Quod caret alterna requie, durabile non eſt.

Sen. Her. Act. 4.

Detur aliquando otium,
Quieſque feſſis.

Ouid. Epiſt. 4.

Hæc reparat vires, feſſaque membra leuat.
Arcus, & arma tua tibi ſunt imitanda Diana.
Si nunquam ceſſes tendere mollis erit.

In ſolo Deo quies & tranquillitas.

Anthol. ſacr. Iacob. Billij.

Ancipitis vitæ qui vis ſuperare labores,
Dilige quod ſemper verus amator habet,
Inſtant terrenis infeſta pericula rebus,
Feruent pro damnis prælia, proque lucris.
Et nihil eſt inter carnalia vota quietum,
Nec pax ſollicitis, nec modus eſt cupidis.
In ſolo eſt mens tuta Deo, quem linquere nolens,
Nunquam erit æterno non opulenta bono.

¶ APOPHTHEGMATA.

Chilon dicebat, ſemper damnandam eſſe quietem, quoties daretur honeſtum otium. Nihil enim eſt, quod aſſiduum laborem perferre poſſit. *Laert. lib.* 1. *c.* 4.

Dion dicere ſolebat, oportere moderate dominari, & recreari cupientibus id permittendum eſſe. Remiſſiones enim & ab exantlatibus abotibus quies, ad nouos labores homines præparant. Et ſicut arcus & lyra, ita & homines quiete vigent. *Stob. ſerm. de dominis ac ſeruis.*

Nemo adeo in arma promptus eſt, vt non idem pretium quietis quam periculi malit. *Tacit. hiſt. lib.* 4.

¶ SIMILITVDO.

Thriueri. Sicuti natura nuſquam patitur vacuum: ita neque animus vſquam quietem. *In apoph.*

¶ FABVLA.

Hirundo & Luſcinia.

Hirundo quodam tempore in ſyluas longe euolauit, vbi reperit in ſolis locis ſuauiſſime cantantem luſciniam in ſempiterno mœrore atque luctu, ob Ityn filium ſuum, qui eſſet tam crudeliter puerili in ætate occiſus. Hanc compellans hirundo: Mea chariſſima, inquit, tu, ſalue, quam ego hodie primum poſt Tracicam conſuetudinem intueor oculis meis. Sed age, confer te ad homines, & nemora atque ſyluas deſere, ibi enim mecum multo commodius habitare poteris, vbi non feræ beſtiæ, ſed homines auſcultent carmina tua. Reſpondit huic luſcinia: Sine, mea ſoror, me hic in ſolitudine vitam degere. Nam ædificia & hominum vſus memoriam veterum calamitatum mihi renouarent.

Fabula docet, præſtare foris & in ſolitudine viuere quietem, quam in vrbibus & frequentia hominum cum moleſtia.

Vide, Solitudo, Tranquillitas,

FINIS LIBRI DECIMIQVINTI.

POLYAN-

Si vere ſolem ad rapidum ſtellasq; ſequentes
Ordine reſpicias, nunquam te craſtina fallet
Hora, nec inſidiis noctis capiere ſerenæ.

[illegible] ſtudeq; prouiſum eſt, vt ab inſidiis tutus eſſem. Nunquid [illegible]ſtina non fallit hora? fallit enim quod neſcienti euenit. Ego [illegible]urum ſit, neſcio: quid fieri poſſit, ſcio. Ex hoc nihil deſpe-[illegible] totum expecto. Si quid remittitur, boni conſulo. Fallit me [illegible] parcit: ſed nec ſic quidem fallit. Nam quemadmodum ſcio [illegible] accidere poſſe, ſic ſcio & non vtique caſura. Vtique ſecunda [illegible] malis paratus ſum. *idem. ibid.*

[illegible]dentiæ eſt, ruſticos non curioſis intricare quæſtionibus, ſed [illegible] ſimpliciter beari fiant. Nam quantæ vecordiæ eſt eos cō-[illegible] & excitare, vt de controuerſis articulis circa religionem & [illegible] cenſuram ferre velint? Quid autem edicis, vt ille in his rebus [illegible]tionem couſeruet, qui præter ligonem, ſtiuam & inertem [illegible] nihil nouit? *G. Pachimer. hiſt. lib. 5.*

¶ SIMILITVDINES.

Plutarch. Vt qui claue velit ſecare ligna, ſecuri aperire oſtium, [illegible] vſu ſeſe priuat: Sic qui dicentem alienis ac friuolis quæ-[illegible] perturbant, non ſolum nullum capiunt fructum ex his [illegible]ſcuntur, verum etiam mali viri opinionem atque odium lu-[illegible]. *in Moral.*

Apud Homerum Vlyſſes ridetur à procis, quod panis fruſtula [illegible] non enſes, neque lebetes: Ita magis ridendi ſunt, qui diſ-[illegible] quæſtiunculas obiiciunt. *in Moral.*

[illegible] ludicris delectantur, & pertranſeuntes ridiculis ſaltatio-[illegible] eminent: ita Sophiſtæ leuibus quæſtionibus tum veritati tum [illegible] paſſim illudunt. *Anonym.*

¶ HIEROGLYPHICVM.

[illegible] obuios allatrans eſt impuri ſycophantæ imprudentiſque [illegible]narii & clamoſi rabulæ hieroglyphicon.

Vide Diſputatio.

Quærere Deum.

¶ LOCI BIBLICI.

[illegible]ſit quærendus, *Deut.* 4.29. vide Deus.
Quærit Deus, 1. *Sam.* 13.14. *Iob.* 7.21. & 10.6. & 13.14. *Pſalm.* 119.176. *Eſai.* 62.12. & 65.5. *Ierem.* 50.20. *Ezech.* 22.30. *Zach.* 12.9 [illegible] *Ioan.* 8.50.
[illegible] Eccleſia Chriſtum ſponſum, *Cantic.* 3.1.2. & 5. *verſicul.*

[illegible] homo Deum, 1. *Chr.* 16.10.11. *Pſalm.* 9.11. & 24.6. & 96. [illegible] *Eſaia* 75.1. *Lament.* 3.25. *Dan.* 2.18. *Oſe.* 3.5. & 5.6.14. *Ma-*[illegible] *Rom.* 10.20.
[illegible] homo hominem, aliam rem creatam, vel arte factum, [illegible], &c. *Gen.* 37.15.16. *Exod.* 4.19. 1. *Sam.* 9.3. 1. *Reg.* 1.2. *Eſth.* 2.2 [illegible] 37.10.32.36. *Prou.* 2.4.
[illegible] homo ſalutaria ſibi & meliorem vitam ſpectantia, *Matt.* [illegible] 7.7.8. *Coloſſ.* 3.1.
Quærit Chriſtus, *Luc.* 13.6.7. & 19.20. *Ioan.* 5.30. Quærit Deus [illegible] *Ioan.* 4.23.
Quærit Diabolus, *Matth.* 12.43. 11.24. 1. *Petr.* 5.8.
Quærunt animantia ſibi eſcam à Deo, *Pſalm.* 104.21.

¶ PATRVM SENTENTIAE.

Quærit faciem eius ſemper. Si ſemper quæritur, quando inue-[illegible] An ſemper dixit, nempe in tota vita, quia hic viuitur? ex [illegible] hic debere nos facere cognouimus, quando & inuentus quæ-[illegible] Iam Deum invenit fides: ſed adhuc eum quærit ſpes: [illegible] autem & inuenit eum per fidem, & eum quærit habere per [illegible]: vbi tunc ſit inuenitur, vt altra non quæratur, forte quum [illegible] ad faciem eum videbimus, ſicut eſt, adhuc perquirendus erit, [illegible] ſine quærendus: quia ſine fine amandus. *Auguſtin. in* [illegible] 105.

Quæramus inueniendum, quæramus inuentum, vt inuenien-[illegible] quæratur, occultus eſt: vt inuentus quæratur, amandus eſt. [illegible] *in Ioan.*

[illegible] homo ita creatus eſt, vt per id quod in eo præcellit attingit il-[illegible] quod cuncta præcellit, id eſt vnum verum optimum, ſine quo [illegible] natura ſubſiſtit, nulla doctrina inſtruit, nullus vſus expedit: [illegible] quæratur vbi nobis ſecura ſunt omnia: ipſe cernatur, vbi om-[illegible] nobis certa ſunt: ipſe diligatur, vbi nobis recta ſunt omnia. [illegible] *de ciuit. Dei.*

E cælis miſit ad nos epiſtolas pater noſter, miniſtrauit nobis [illegible]pturas Deus, quibus epiſtolis fieret in nobis redeundi deſideri-[illegible]: quia peregrinationem noſtram diligendo, ad hoſtes faciem [illegible]rtramus, & deorſum ad patriam. *idem, in Pſalm* 64.

Quærite Dominum dum inueniri poteſt. Modo non videtur [illegible]minus, & prope eſt. In iudicio videbitur, & prope non erit: nec dum in iudicio apparuit, & ſi quærant, inuenitur. Nam miro modo quum in iudicio apparuerit, & videri poteſt & inueniri non poteſt. *Greg. lib. 27. Moral.*

Nemo te, Domine, quærere valet, niſi qui prius inuenerit. Vis ergo inueniri, vt quæratis, quæri vt inueniaris: potes quæri & inueniri, non tamen præueniri. *Bernard. de diligendo Deo.*

Si nolumus fruſtra quærere Dominum, quæramus veraciter, quæramus frequenter, quæramus perſeueranter; vt nec quæramus pro illo aliud, nec cum illo aliud, ſed nec ab illo ad aliud conuertamur. Facilius enim eſt cælum & terram tranſire, quam vt ſic quærens non inueniat, ſic petens non accipiat, & ſic petenti non aperiatur. *idem. ſerm.* 24.

Si non vendideris omnia, nec emes: & ſi animam non habueris ſolicitam & quærentem, non inuenies. Duo enim oportet adeſſe: & à vitæ huius negotiis abeſſe, & vigilantem eſſe. *Chryſoſt. ſup. Matth.* 13.

¶ PHILOSOPHORVM DICTA.

Prope eſt à te Deus: tecum eſt: intus eſt. Ita dico, Lucili, ſacer intra nos ſpiritus ſedet, malorum bonorumque obſeruator & cuſtos: hic prout à nobis tractatus eſt, tractat ipſe nos. Bonus vir ſine Deo nemo eſt. In vnoquoque virorum habitat Deus. *Senec. epiſt.* 41.

Quæſtus.

¶ DEFINITIONES ET ETYMOLOG.

QVæſtus, Gr. ἐργασία, ας, ἡ, & ζητέω, quæro dicitur. Dicitur autem quæſtus, omne quod ex opere cuiuſcunque deſcendit. *lib. Quæſtus ff. pro ſocio.* Eſt & quæſtus ſine diphthongo de quo infra in Quærela.

Quæſtus, lucrum nummarium, πόρος, πορισμὸς, κέρδος, Hebr. *Betſah*, & in malam partem ſumitur, ſignificat enim corraſionem, quæſtum captatum, auaritiam, quæ per fas & nefas opes corradit, à verbo *Batſah*, corraſit, abraſit: auaritiæ ſtudiut pecunias corradendo. Cognationem habet cum verbo *Patſah*, vulnerauit, & cum *hatſab*, afflixit: quia vt plurimum pecuniæ non congeruntur, ſine vulnere & afflictione pauperum. Vide *Prou.* 15.27. *Ezech.* 22.12.27. *Iob.* 1.7.8. *Ierem.* 22.17.

¶ BIBLICI LOCI.

Qnæſtionarii quæſtum ex Dei doctrina facientes, 1. *Tim.* 6.5.
Quæſtus magnus eſt pietas, 1. *Tim.* 6.6.

¶ SIMILITVDINES.

D. Cypri. Ecce in nomie ſuo nihil quæſtuarii peragunt exorciſtæ, nec ſe eis deferre ipſi dæmones profitentur, ſe nomen Chriſti etiam per lucrorum ſectatores ſuæ gloriæ retinent poteſtatem: & fiunt in talibus cauſis miniſtri mercenariis, ſicut naues onerariæ, quæ per pelagus euehunt inſtitores: quarum rectorem, potius eorum quos ducunt, pecuniis inhiant, quam ſaluti. Et tamen mare huius ſeculi, neceſſarios habet huiuſmodi tranſuectores: alioqui ceſſabunt mercia, nec ex tranſmarinorum copia, aliorum inopia habebit ſubſidium, nec occurrent ſibi ſolatia regionum, ſi vehicula tollantur, imo & pelagus immeabile relinquatur, Bonis quippe ſæpe malorum miniſteria ſuffragantur. *Serm. de Baptiſt.*

Pliny. Polypus ſtupidum alioquin animal, in captandis conchis incredibili vtitur ſolertia: Ita quidam ad ſolum quæſtum ſuum ſapiunt, alibi pecudes meræ. *Lib. 9. c. 29.*

¶ SENTENTIAE HISTORICAE.

Maximum quæſtum Pomponius Atticus exiſtimabat, memorem pratumq; cognoſci. *Corn. Nepos.*

Veteres oratores famam in poſteros præmia eloquentia cogitauerunt pulcherrima: alioquin & bonarum artium principem ſordidis miniſteriis fœdari, nec fidem integram manere, vbi magnitudo quæſtuum ſpectetur, quod ſi nullius mercedem negotia tueantur, pauciora fore: nunc inimicitias, accuſationes, odia & iniurias foueri, vt quomodo vis morborum pretia medentibus, ſic fori tabes pecuniam aduocatus ferat. *Tacit. Annal. lib.* 11.

Seruantur hoſtes, non delentur, bella non conficiuntur, ſed fouentur; Dum priuatis quæſtibus duces ſtudent, & ſanguine militum abutuntur, *P. Iouius, hiſt. lib.* 12.

Vide, Lucrum, Mercatura.. Item Auaritia.

Querela, Querimonia.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

QVerela, Græce μομφὴ, ῆς, vel θρῆνος, ου, ὁ, & θρηνεία, queror dicitur. Eſt autem queror verbum deponens, idem quod lamentor

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

mentor, diciturque à quæ & res; nam lamentando quæ res ſit, quæ nos agitet, explicare ſolemus. Verum ſine diphtongo ſcribitur, & corripit primam, vt differat à quæror, quod eſt paſſiuum huius verbi quæro. Hinc querimonia pariter, quod idem, eſt quod lamentatio, & quæſtus pro lamentatione. Ouid. *Et quoties aliquos parat edere quæſtus, Sibilat, hanc illi vocem natura reliquit.*

¶ SIMILITVDO.

Plutarchi. Quidam Homeri verſus acephalos, id eſt, capite diminutos, & μειούρους, id eſt, cauda diminutos excerpunt, tam multa integra pulcherrimaq; prætermittentes: Idem faciunt, qui de paucis vitæ malis queruntur, diſſimulatis tot commoditatibus *in Mortalibus.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Querimoniæ *exempla*: Elias 1. *Reg.* 19.14. *Rom.* 11.3. Ieremias ob deſtructam Inruſalem, *Thren.* 1. *v.* 1. Quærimoniæ iuſtæ *exsmpla.* Moyſes, *Exod.* 5. 22. Ioſuah, *Ioſ.* 7.7. Gedeon, *Iudic.* 6.13. Populus, *Nehem.* 5.1. Chriſtus, *Matth.* 27.46. *Marc.* 15.34.

Vide, Luctus, Dolor. Afflictio, Tribulatio.

Quies.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

QVies, Græce παῦλα, ης, ἡ, & παύομαι, quieſco dicitur. Eſt autem quies, id quod eſt in re, de cuius aptitudine eſt, vt moneatur, non tamen eſt mota. *ſecund. Albert. Magn. in Philoſophia ſua ſuper libros Phyſicorum.*

Quies eſt priuatio motus in illo de cuius aptitudine eſt vt moueatur, non tamen eſt motus. *ſecund. Auicennam.*

Quies, quod proprie ſomnum ſignificat, dicta quaſi qui tibi es, & nullo alio negotio diſtineris. Tunc enim cæteris negotiis non vacamus, cum dormimus. Propter quod etiam pro tranquillitate accipitur quies, à quo fit requies eiuſdem ſignificationis; & quietus, tranquillus, & quietudo, quieſco & requieſco.

Requies, Græce ἀνάπαυσις, ιος, ἡ, ſiue ἀνάπαυλα, ης, ἡ, & ἀναπαύομαι, quieſco dicitur. Eſt autem requies laboris intermiſſio, quæ omnino in hominum vita neceſſaria eſt, *vt teſtatur Ariſtot. lib. Ethic.* 4.*c.*8.

¶ LOCI BIBLICI.

Quies continget populo Dei, *Hebr.* 4.9. Quietem & pacem terram conſequentur iuſti, *Sapien.* 3.3. & 4.1. *Eſa.* 57.2. *Luc.* 16.22. *Apoc.* 14.13. Quietem inuenire animæ ſuæ, *Ierem.* 6.16. *Matth.* 11.29.

Quieſcendum à peccatis. *Rom.* 6.6. & *c. Gal.* 2.18.

Quieti ſimus. 1. *Theſſ.* 4.11.

Requies vera in Chriſto quærenda, *Matth.* 11.29. requies piis apparata, 2. *Theſſal.* 1.7. *Hebr.* 4.3. requies nulla inobedientibus, *Deut.* 28.65.

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Ouid, Epiſt. 4.

Quod caret alterna requie, durabile non eſt.

Sen. Her. Act. 4.

Detur aliquando otium,
Quieſque feſſis.

Ouid. Epiſt. 4.

Hæc reparat vires, feſſaque membra leuat.
Arcus, & arma tua tibi ſunt imitanda Diana.
Si nunquam ceſſes tendere mollis erit.

In ſolo Deo quies & tranquillitas.

Anthol. ſacr. Iacob. Billij.

Ancipitis vitæ qui vis ſuperare labores,
Dilige quod ſemper verus amator habet,
Inſtant terrenis infeſta pericula rebus,
Feruent pro damnis prælia, proque lucris,
Et nihil eſt inter carnalia vota quietum,
Nec pax ſollicitis, nec modus eſt cupidis.
In ſolo eſt mens tuta Deo, quem linquere nolens,
Nunquam erit æterno non opulenta bono.

¶ APOPHTHEGMATA.

Chilon dicebat, ſemper damnandam eſſe quietem, quoties datur honeſtum otium. Nihil enim eſt, quod aſſiduum laborem perferre poſſit. *Laert. lib.* 1.*c.*4.

Dion dicere ſolebat, oportere moderate dominari, & recreari cupientibus id permittendum eſſe. Remiſſiones enim & ab curis latibus abotibus quies, ad nouos labores homines præparant. Et ſicut arcus & lyra, ita & homines quiete vigent. *Stob. ſerm. de dominis ac ſeruis.*

Nemo adeo in arma promptus eſt, vt non idem pretium quietis quam periculi malit. *Tacit. hiſt. lib.* 4.

¶ SIMILITVDO.

Thrimeri. Sicuti natura nuſquam patitur vacuum: ita neque animus vſquam quietem. *In apoph.*

¶ FABVLA.

Hirundo & Luſcinia.

Hirundo quodam tempore in ſyluas longe euolauit, vbi reperit in ſolis locis ſuauiſſime cantantem luſciniam in ſempiterno mœrore atque luctu, ob Ityn filium ſuum, qui eſſet tam crudeliter puerili in ætate occiſus. Hanc compellans hirundo: Mea chariſſima, inquit, tu, ſalue, quam ego hodie primum poſt Tracicam ſolitudinem intueor oculis meis. Sed age, confer te ad homines, nemora atque ſyluas deſere, ibi enim mecum multo commodius habitare poteris, vbi non feræ beſtiæ, ſed homines auſcultent carmina tua. Reſpondit huic luſcinia: Sine, mea ſoror, me hic in ſolitudine vitam degere. Nam ædificia & hominum vſus memoriam veterum calamitatum mihi renouarent.

Fabula docet, præſtare foris & in ſolitudine viuere quiete, quam in vrbibus & frequentia hominum cum moleſtia.

Vide, Solitudo, Tranquillitas,

FINIS LIBRI DECIMIQVINTI.

POLYAN-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN